



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

uare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus quo loco loqueremur libens, vel saltem explicem, vitulo (seu buculo) aut ceruulo facere: vt sit simile illi, cum faciam, vitula pro frugibus: quod memini cum contulisset placere fratri Basilio Poncio de Leon, homini eruditionis elegantioris, & quicquid mittunt damnari videntur à D. August. apud Gratian. & à Martino Papa; Qui: Non licet (ait) iniquas obseruationes agere Kalendarum, & ocis vacare, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis enim hæc obseruatio Paganorum est. d] Solebant autem pii Christiani eo die ieiunare, in detestationem gentilitiæ superstitionis, vt docemur à D. Ambrosio & Concil. Tolent. 4. s. qui vero contempto ieiunio festum diem, cum paganis, agebant, illis Romanorum Concil. sub Zacharia Pontifice dixit anathema, g Quare si quis hodie vel in honorem Iani vel Streniæ Deæ epulis vacaret, aut strenas mitteret, vel acciperet, is esset idololatra: si id faceret tantum, vt omen certum prosperi euentus, foret vana obseruantia mixta diuinationi, plerumque mortalis, si tantum id faceret, vt incertum omen vel augurium, peccatum esset veniale, si animi tantum causa, vel amicitiae conseruanda causa, pro consuetudine Christianorum, nullum esset peccatum: immo si faceret in honore circumcisionis Dominicæ, quam tunc celebrat Ecclesia, mereretur coram Deo. Nam hodie cessant exolitæ Gentilium superstitiones, quæ tam rigida sanctionis canonum causa fuere.

Cauenda tamè etiam hodie superstitiones illæ, de quib. Burchardus ita scribit: Obseruasti Kalend. Ianuarii ritu Paganorum, vt vel aliquid plus faceres pro-

Apter nouum annum, quàm antea vel post soleres facere. ita dico, vt vel mēsam tuam cū lapidibus, vel epulis in domo tua preparares eo tempore: aut per vicos & plateas cantores & choros duceres, aut circa rectum domus tuæ sederes ense tuo circumsignatus, vt ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequenti anno futurum esset: vel in biuio sedisti super taurinam, vt & ibi futura tibi intelligeres, vel si panes prædicta nocte coquere fecisti tuo nomine, vt si bene eleuaretur, & spissi & alii fierent, inde prosperitatem vite tuæ eo anno prouideres. ideo quia Deum creatorem tuum (hæc faciendo) dereliquisti, & ad idola, & illa vana te conuertisti, & apostata effectus es, duos annos per legitimas ferias peniteas. Burch. in Pæniential. libr. 19. c. de arte magica, vers. Obseruasti Kalendas. Vbi habes breuè quādam enumeratione superstitionum illius diei, quæ cum strenarū missione hodierna clarum est nihil similitudinis habere. Vbi pro lapidibus forte corrigendum est, lauritiis. Non habui in quem locum commodius reicerē, etsi sacrilegii aliquid subesse cēseam, quod Hiberni siluestres lupos in magno honorare habēt & in paternos acciscunt, quos Charichrist appellāt, pro eis orantes & bene precantes, & sic se ab illis lædi non verentur. narrat Chamdenus, in Britannia Antiquitat.

SECTIO VI.

Octaua superstitionis est temporarium, qui dies, mēses, annos obseruant, non ad Dei cultum, sed ad directionem negotiorum suorum: vt qui certis temporibus herbas colligunt, vel ligna succidunt, p edificis vel nauibus. superstitione carēt, si id faciant p moti naturali obseruatione motus & influenza

fluentia cœlestis, certis enim tēporibus vis herbarum efficacior est, ligna quoq; minus obnoxia sunt corruptio ni, & aptiora sunt ad vsum. Sed superstitione foret, si obseruaretur cert^o vnus hebdomada vel mensis dies tantum, vel certa diei hora, qua talis hora vel dies est, vel adderetur circumstantia inutilis, aut orationes ociosæ vel nō approbatæ h. Vnde sequitur, quod recte Binsfeldius infert, huc referēdos qui obseruant certas festiuitates, vt Conuersionis B. Pauli, Vincentii, Urbani, vel aliorum, quibus si pluat, vel cœlū serenū sit, sibi spondent serenitatē, fertilitatem, vini copiam vel inopiā, aut cōtinuatam per tot dies pluuiam, vnde & supersticiosos fecere versus, quorum primus est;

(Anni, &c. Clara dies Pauli bona tempora denotat

Item qui colligunt herbas in die Sancti Ioannis, ad certos quosdam effectus, credentes eo die habere vim naturalem efficaciorē, vel inserunt arbores ipso die Annūciationis B. Marię, vel infesto S. Stephani minuunt sanguinem e quorum, & similia faciunt, naturalem causam attendentes, q̄ nulla est, vnde vane ista instituunt: sed & festa sic potius inhonorant quam colūt. Si vero directe ista adscriberēt merito Sāctorum, & Deo tribuerent effectū vt sanctos illos honorandi, viderētur & ipsi sanctos illos honorare. quare nec auderem eas damnare. Huc etiā pertinet, qui obseruat quosdā dies, vt puta diē D. Magdalenę, diē Lunę, &c. vt infastos, vel vtfastos ad iter, aut rem aliquam inchoādum: item an cum surgunt, primo induerint calceum vel femorale dextrum an scæuum, aut quo pede primum tangant terram, vel domo egrediantur, & q̄ huiusmodi nugatoria eos cōstat peccare isto super-

stitutionis genere. Tales in iure Canon. vidētur dies *Aegyptiaci*, quorum mētio apud D. August. k. Collegit nationum cunctarum fere dies ominosos & obsecanos Alexander ab Alexand. lib. 4. gē. di. c. 20. sed hos *Aegyptiacos* p̄termisit. Cēl^o Rhodiginus l. hoc tārum vocari dies atros & dicitur, vulgo à veterib. deluxata voce, *Aegyptiacos*: ab *Aegypti*, inquit, vanitate proclinato nomine. Eorum Augustin. meminit, & in canonicis decretis nō est p̄termisū. Sed qui dies isti apud *Aegyptios*: hoc debuit explicare. Glossa Canon. vult, *Aegyptios* docuisse qui dies toto anno infausti foret ad opus inchoandum, & hos Ecclesiam olim in Calendariis suis signasse, quorum posterius nihil dubito, quin falsum sit: nunq̄ n. hæc Ecclesia recepit. Apostolicę prohibitionis memor in posterius pōt recipi, astrologorum n. ista cōmenta fuere, & *Aegyptus* in ventrix astrologiæ. Petrus Breslayus lib. 1. *Notabiliū* c. 53. huiusmodi dicit esse Ian. 1. & 25. Febr. 4. & 26. Mart. 1. & 28. April. 1. & 10. Maii 3. & vlt. Iunii. 10. & 17. Iulij 13. & 17. Aug. 1. & 24. Sept. 3. & 21. Octob. 3. & 22. Nouēb. 5. & 28. Decēb. 7. & 22. vnde acceperit nescio. Suspitor tamen, *Aegyptios* pro scæuis & nefastis habuisse etiam dies illos, quibus tot plagis à Moysē percussi, & quo Pharaō cum exercitu mari demersus. Nam singulis gentibus insignes clade aliqua dies, postea semper attri habiti, vt de Romanis Græcis, aliisque docuit Alexander ab Alexand. n. Exempla plura harum superstitionum, suggerunt Patres, illa D. Pauli verba, *Dies obseruatis, & menses & tempora & annos. Timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis* explicantes, vt Ambrosius, *Dies obseruant, qui dicunt vt puta, crastino proficiendum non est, post crastinum enim*

h. e. non licet
cent. 2. g. 5.
& d. e. non
obseruatis
Silu. v. superstitio.
qu. 10. Sic
intelligo
Burchard.
d. e. v. 3.
de Con-
fess. male-
fic in 3. cau-
sa dispositi-
ua ad ma-
lef.

a. Comm.
in epist. ad
Galat. 4.
Enchir.
79. & in
nou. ob-
seru. &c.
quæ ex
marci 14.
77.
lib. 14.
antiqu. lib.
cap. 9.

ad Gal.
4. v. 10.

ad 1. 10.

non

non debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursus Luna perscrutantur, dicentes vrpura, septima Luna instrumenta confici non debent. Nona Luna seruum, emprum vrpura, domum ducere non oportet. & per hac facilis solent aduersa prouenire. Tempora vero sic obseruant, cum dicunt: Hodie veris initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iter faciendū, Posterum est, domum egredi non licet. Posterum, significat aduersum & praposterum, quasi commoditate seruum. Annos sic colunt, cum dicunt Kalendis Ianuarijs nouus est annus, quasi non quotidie anni impleantur: sed vt Iani illius memoriam recolant bisfrontis, hac superstitione nituntur, que longe debet esse à seruis Dei. si enim Deus ex toto corde diligatur, ipso propitio, nulla debet esse formido neque suspicio harum rerum. Prosperere enim potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei deuotione fit.]

D. August. a Eos enim inculpat qui dicunt, non proficiscar quia b prosperus dies est, aut quia Luna sic fertur: vel proficiscar, vt prospere cedat, quia ita se habet positio siderum. Non agam hoc mense commercium, quia illa stella mihi agit mensem: vel agam, quia suscepit mensem. Non plantem hoc anno vineam, quia bisextus.] quæ ad verbum comm. suo inseruit **Diuis Anselmus.** Idem **August.** sic alibi c, sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, volunt & nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora. & alio rursus loco d, plena sunt conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiunt. Iam verone aliquid inchoetur aut edificiorum, aut huiusmodi aliquid operum, diebus, quos Aegyptiacos vocant, saepe etiam nos monere non dubitant.] Haecenus Patres, quorum adscripti verba, quoniam li-

A cet primo loco, & iuxta contextus ferriem, Apostolus loqueretur de superstioso dierum mensium, & annorum cultu Iudæorum, quos Galatæ Iudizantes haud dubie imitabantur, vt optime cum Græcis **D. Hieron.** & **Primasius** arbitrari, fieri tamen potest, vt aliquid etiam paganissimi simul irrepserit. vt vidi in Francia, tempore **Catharinae Mediceæ**, quando inter aulicas matronas adeo hæc vigeant, vt nihil inconsultis astrologis (quos *Barones suos* nuncupabant) conari auderent. Quæso, si quis dies infortunatus, vnde ex astrorum respondent influxu, & positura? verum hæc est alia atque alia singulis annis, nec eadem illo eodem die, fuisse hoc physicis rationibus refellit **Ciruelus d. p. 3. cap. 6.** qui potest consuli. Ad hanc superstitionem diariam referendi quoque sunt, qui certis diebus olera scopis tangunt, ne ciniphes, eruca, campæ, vel alia insecta noceant: item qui nolunt vngues præscindere die Veneris, vel nere die Sabbathi, cum interea nõ abstineant in honorem Deiparæ ceteris operibus seruilibus: qui credunt maiorem inesse vim aquæ benedictæ Dominicis post quatuor tempora, quam alijs ad speciales quosdã effectus: item qui oua, quæ gallinæ pariunt dies Parasceues, toto asseruant anno, quæ credunt ea vim habere ad extinguenda incendia, si in ignem iniiciantur. cedo enim, vis hæc naturalisne? vnde: à die, vel matre: nemo hoc dicat. nam quid absurdius? nulla matri prærogatiuarum præcipua cõpetit: nihil diei, celestes orbis tum vel sidera singulare influunt. Vis illa, supernaturalis ergo. cur non idem competit enixis die **Anastasis**, vel **Natalis Domini**? speciali, inquit, privilegio. dic fodes, vnde

noſti: cui & quando conſeſſum: conſtat experientia, dicent. Sed illa fallax, & vnde certus es, non ex pacto effectum naſci? Deuotio perſuaſit, dicat alias. Non bona deuotio; quæ cum ſcandalo coniuncta, quæ merito ſuſpecta, quæ anilis, quæ ſingularis, quæ nullo Eccleſiæ vel traditionis munita ſuffragio. Faciunt in his partibus multi. Sed in iſſe partibus multi pietatis & rerum fidei morumque imperiti, multi euoſi, multi ſuperſtitioſi. Lege Martin. de Arleſ tractat. de ſuperſtitione.

SECTIO VII.

G. **N**ono loco ſunt obſeruatia vana in malis depellendis & morbis ſanandis varia, vt ſi quis faciat oblationem, ex bonis eleemoſyna impetratis, credens ea maioris efficaciam ad effectum conſequendum: qui putant crucem ex eleemoſynis emptam vel factam, vel ſanctiorem, & efficacior: qui offerunt ſanctis ceram vel aliam materiam, illi immiſcentes capillos hominis, vel pilos animalis agri: qui mergunt imagines in aqua, pro pluuia obtinenda: qui faciunt quafdam ligaturas, ne lac vaccis ſubtrahatur: qui per annullum deſpoſitionis meiuunt, vt liberentur maleficio: qui pro quibusdam capitis doloribus, & ſimilibus morbis curandis ad porcorum lintrem ſeu obbam collu applicat. In nomine Patris, &c. qui metiuntur cingulum ægrotantis ad cognoscendum a quo ſancto ſit ſanitas impetranda, adhibitis alijs definitis ritibus, qui ſtramen bipenni diuidunt, vt ſanentur manuũ vel digitorũ tumores: qui pro quibusdam pecudum morbis ignes ſtruunt ex peculiaribus lignis, & in eum animalia impellunt, vel in orbem circumducunt, & q̄ primo loco tranſit animal, hoc ſanctis offerunt.

A qui S. Lupi libũ pinſunt hoc ritu, coquunt libũ triangularẽ, prætexto Trinitatis ſanctiſſimẽ, honore, & ei quinque foramina imprimunt, in memoriam (ſic colorant) vulnerum Chriſti; poſtea, in B. Lupi honorẽ, libum dant in eleemoſynã primo mendico nõ ex propoſito, ſed ignaro, & fortuito, occurrenti, ſic arbitrantur armenta gregesq; ſola in paſcuſ, a lupis inuadi nõ poſſe. frequẽs eſt, in pagis prope Themas & Louanium. Superſtitio ſe p̄dit in eo (vt cætera mitã) quod fortuito mendicãti dari debet; nam quid hoc, vel ad cuſtodia pecoris, vel ad honorem Dei, attinet? tales eſt ligaturæ pecuariorum, ad liberãdos canes ac pecora ac clade & tãbe, vel vt ea inferat pecoribus aliorum. lege Burchard. d. c. 19. v. feciſti ligaturas. Aut pertinet opinio Sileſiorum, morauorũ & vicinarum gentium putantium ſaſinationibus reſiſtere ſaſciolas vel reniolas rubeas, alligatas equorũ frenis velephippijs. vetuſta ſuperſtitio ne eadem de cauſa apud Græcos & Rom. pueri puellaq; ſaſciolis ruſſeis præcingebantur Apulei. Miles. lib. 2. Chryſoſt. in hom. XII. 1. ad Cor. & alij apud Martin. Roman. lib. 1. ſing. c. 3. & lib. 2. c. 23.

D Huc referenda ſunt innumera orationum formæ, quibus vulgo vulnera ſanantur, vel morbi curantur, vel fortuna arcetur. Quale illud de quo Burchard. ibid. v. collegiſti: Collegiſti herbas medicinales, cum alijs incantationibus, cum Symbolo & Dominica oratione. Corrige audacter, q̄ cum Symbolo, & dom. orat. id eſt, cum credo in Deum, & Pater noſter cantando. Si aliter feciſti, decem dies in pane & aqua pœniteas. Eſt & alia in uſu inter Hiſpanos milites, quafdam ſalutatores, vt ferunt, ſanctẽ viuẽtes, & omnes gratis curantes.

cum